



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]**

XXVII. Maji.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)



S Joannes I. Papa imaginem Deiparæ, sonantibus sponte Urbis Romanæ campanis, ex Angelorum manibus accepit, quæ in templo à porticu deposita, præter plurima prodigia, tunc & aliàs pestem sedavit. *Balingh.* Vide quam cœlum hominibus præscribat medicinam.

S Joannes qui in Constantinopolitana urbis porta cæco visum restituiti, ora pro me MARIAM, ut illa oculos, omnesque sensus corporis mei regat & protegat, & à peccatis omnibus, quæ sunt deterrima pestis animæ semper protegat usque in finem meum, ubi suâ intercessione vitam æternam mihi obtineat. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibili & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, &c. *fol. 2.*

Ad quod impetrandum: Aliquam à Miraculis celebrem Deip. iconem colere hodie conabor.

Eò nos ò MARIA propensiori studio juva, precamur, & fove: quò in mundi fœcibus natos & alitos potiori levamine prospicis indigere. *S. Ans. de excel. V. c. 12.*

Quæstio: An ex plurium hominum salute crescat MARIÆ in cœlo gloria?